



**Dispvtationvm De Censvris In Commvni,  
Excommvnicatione, Svspensione, & Interdicto, itemque  
de Irregularitate, Tomvs Qvintvs**

**Suárez, Francisco**

**Mogvntiæ, Anno Domini M. DC. XVII.**

Dispvtatio XXIV. De excommunicatione minori.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94035](#)

## 414 Disp. XXIII. De excom. non reseruatis in Iure.

accipere, aut votū emittēre idem videtur esse quod religionem proficeri: tamen, quia nemo potest proficeri nisi prius habitu suscep̄to, qui hanc susceptionem impediret, à fortiori impediret professionem, & consequenter hanc censuram incurreret. Posset etiam quis opinari, illa duo aliquid amplius quam professionem includere. Nam professio specialiter videtur significari per veli susceptionem, quia professione solet velum fœminis imponi: votū autem emittere in rigore generalius est. Et ideo videtur hęc censura extendi ad omnes, qui impediunt fœminas sine iusta causa, ne votum simplex castitatis, aut religionis emittrant. Nihilominus non existimo Concilium suisse locutū de priuatis votis alias non tam confuse de emissione voti priuatis locutum: sed illam secundam partem opinor addidisse vt comprehenderet omnem modum seu statum religionum, seu perlonarum monialium, nam aliquæ fine susceptione veli statum illum assument.

Septima excommunicat. contra fuentes Monachiam.

**S**extima habetur in eodem Concilio eadem sess. 25. cap. 19. de Reform. Vbi excommunicat omnes temporales dominos, qui locum ad monomachiam in suis terris concederint: quam etiam extendit ad ipsos, qui in duello pugnant, & eos qui consilium dederint, aut suaserint, & ad spectatores. Verum est, solum in prima clausula, quæ est cōtra concedētes locum ad hanc pugnā, ponit verbum, eo ipso, quod significat censuram ipso factō. De pugnatis vero & patriniis solum dicitur, Excommunicationi, ac bonorum omnium proscriptiōnē, aut perpetuo pana aliā incurvant. De aliis vero dantibus consilium, aut spectantibus dicitur, Excommunicationi, & perpetua maledictioni vinculo teneantur. Quæ verba magis ambigua sunt, quia nec additur, eo ipso, & verba, incurvant, & teneantur, cum non sunt indicatiui, sed imperatiui modi, non videntur significare sententiam latam, sed ferendam per iudicem. Nihilominus tamē certum est contra hos omnes ferri excommunicatione ipso factō. Quod ita videtur expoſuisse Gregorius XIII. in Motu proprio de hac re, & incipit, Ad tollendam, estque 82. inter decreta eius in collectione Romana, ubi referens hoc decretum aqueait Concilium Tridentinum excommunicationem tulisse in omnes has personas. Vnde verba illa incurvant & teneantur, sicut imperatiua sint, non tamen diriguntur ad iudicem, neque eius actionem requirunt, sed ad ipsum reum, quem per imperium esticax ligant. Dicitus autem Gregorius extendit hanc censuram ad priuatum duellum, quod enim illa sit extensio, & non tantum declaratio, satis indicat verbum *plauimus*, vt ponderauit Nauarrus. Statuit ergo Pontifex, ut omnes qui ex condito, statuto, tempore, & in loco contendo, monomachiam commiserint, etiam si absque aliis usitatīs cāremōnis, & solennitatibus id faciant, eadem censura, eidēmque penitētē teneantur: & similiiter dominos locorum huiusmodi permittētes, aut quantū in se feruit non prohibentes, & omnes mandantes, infigentes, auxiliū, & consilium, & fauorem dantes, equos, arma, pecuniam, comitatum, & alia subhdia scienter subministrantes, aut ex proposito spectatores, vel socios quoquis modo se ferebentes excommunicata.

Ottavo reperitur in Bulla Pij IIII. in confirmatione Concilij Tridentini editam. Vbi omnibus perlonis generatim prohibet commentarios, aut interpretationes suas in decreta Concilij edere sine autoritate Pontificis: excommunicatq; ipso factō omnes personas Prälatis inferiores illad præceptū violantes. Quod intelligēdū est de propriis commentariis, glossis, aut scholis super iplū. Concilium

A lij decretum, non est prohibitum illud interpretari; vt constat ex vſu, & ex necessitate: vix enim potest alia ratione tradi Theologica doctrina: ac denique ex verbis ipsiusmet Pontificis, quæ in rigore non aliud exigunt.

Præter has excommunications inueniuntur aliae latæ in Extravagantibus, seu propriis motibus aliquorum Romanorum Pontificum, quas specialiter referre, & expōne non censeo necessarium, quia mihi non constat eas esse receptas; vt est illa quam tulit Pius V. circa taurorum agitationem in sua Extraug. 47. quæ incipit: De salute plebis: quam posteriores Pontifices partum abstulerūt, partim mutarunt. Et plures aliae habentur inter Motus propriis illius Pontificis, vt patet in 47. & 75. & in aliis quos Nauarrus indicat. Sixtus etiam V. plures excommunicaciones tulit, quām plures eārū referuntur sine, quas supra ex parte tertigimis: aliquęvero reuocare sunt, vel nūquām etiam in vſum redacte. Quapropter in particulari oportebit statum rei, & confutuidinem consulere, nam, cum hæc ad factum pertineant, non possumus de eis doctrinam tradere. Quando vero constiterit constitutionem vim suam & efficaciam retinere, diligenter perpensis verbis eius, facile erit ex principiis positis, & ex dictis circa alias similes constitutions, modum vniuersusque censuræ, & proprietates, seu effectus eius intelligere.

## DISPUTATIO XXIII.

*De Excommunicatione minori.*

**E**xpeditis his, quæ de excommunicatione maiori dicenda occurrerunt, breuiter tractari possunt ea, quæ propria sunt excommunicationis minoris, cuius definitionem iam supra tradidimus explicando differentiam inter eam, & excommunicationem maiorem. Nunc ergo effectus huius censuræ, diuisiones eius, ac causas & reliqua omnia, quæ de censuris in communī diximus, percurremus.

### SECTIO I.

*An una sit tantum excommunicatione minor, & quæ sit eius ratio.*

**D**ictores communiter vnam tantum speciem excommunicationis minoris assignare videntur, & rationem eius in hoc constituunt, quod sit censura priuata sacramentorum participatione: sic enim definitur in capit. penultimo, de Senti. excommunicatis, & significatur in capit. ultim. de Clerico non ordinato ministr. Docent Theologii in 4. d. 18. Summisæ, præsertim Caeterianus in verbis Caietani. Excommunicatione minor. Nauarr. cap. 27. num. 1. & 24. Nauarr. & alij communiter. Hūc vero doctrinæ opponi videatur lex nostri regni partit. 1. titul. 8. 1. 5. Quæ duas distinguit species minoris excommunicationis. V. plures excommunicationes minoris, non tamen participatione sacramentorum: vbi Gregorius Lopez plura decreta pro hoc secundo membro citat. Tamen solum c. 25. qu. 2. aliquid facere videatur: de reliquis vero dicimus statim. Dico ergo, & hoc posterius membrum non esse in vſu, & legem illam late loqui de excom-

Extensio di-  
recte conjura

12  
Octauo con-  
tra inter-  
pretationes  
decreta Con-  
cilij Trid.

municatione prout dicit quācumque p̄enam, quā  
separat hominem, vel ab ingressu Ecclesie, vel à di-  
uinis officiis, vel à quolibet munere inter homines,  
ve patet exemplis, quā in ipsa lege ponuntur, cum  
tamen priora sint potius interdicta quedam, vt in-  
fidele videbimus, alia vero non pertineant ad proprias  
censuras.

Aliter datur ab aliis hæc distinctione: ita ut vna sit superdicta, quæ priuat passiuæ perceptione sacramentorum: alia vero quæ priuat communione quorundam fidelium tantum, respectu eorum quos priuat omni communicatione tam sacra, quam humana, ita ut vne illis dare sacramenta, neque ab eis recipere, nec in ius vocari ad testimoniū, vel alium similem actum debeat. At vero respectu aliorum nulla communione priuatus est, & consequenter neque ex participatione sacramentorum cū

ter neque viu, & participatione iacmentorum, cu  
ea possit ab aliis recipere, vel si Sacerdos sit, possit i  
frem sacram facere. Quod genus censura colligi  
videtur ex capit. Placuit dist. 18. vbi de Episcopis, qui  
negligunt ad Concilium prouinciale venire, &  
rationem impeditimi apud Primatem non redditur,  
dicitur, Ecclesie, & communione debent esse contenti. Ex  
communicantur ergo non integre, sed ex parte, &  
non priuantur simpliciter communicatione sacra  
mentorum, qui in sua Ecclesia potuerant illa recipi-  
re, & cum suis subditis communicare: solum ergo  
priuant communione comprouincialium Epi  
scoporum: ergo illa non est excommunicatio ma

**Cate.** Cate-  
tula s. 13. et 13.  
**Africannum.**  
**Cate. Tol.** Tol-  
ita 13.  
**Cate. Aga-**  
to 13.  
**Cate. Car-**  
ta s. 15.  
**Africani s.**  
**500.**  
**Vid. infra**  
**s. 7.**  
ior, ergo est minor. Et similis habetur in cap. vlt. di-  
finit, §. indicatur in cap. i. dist. 34. ibi: Si vobis admo-  
nentibus obedire distulerit, à vestro collegio excommunicati  
tus abscedat, quod si in hoc contumax adhuc apparuerit, à  
ministerio cestare debet. Et inc. In locq. 5. quæst. 4. ibi: A  
communi coru secedat, & trium dierum excommunicatio-  
nem perferat. cap. Episcopi, 11. q. 3. ibi. Communio illis  
vque ad tempus synodi a reliquis Episcopis denegetur. cap.  
vlt. 6. q. 2. ibi: quandiu excommunicato (scilicet iniuste)  
non communicauerit suis Episcopis, idem Episcopo ab  
aliis non communicetur Episcopis. Hanc sententiam  
tenuit Richardus in 4. dist. 8 art. 7. q. 4. sentit Ioan-  
nes de Ligna in tract. de censuris, §. 11. & ex parte idem  
sentit Sylvestre verb. Excommunicatio minor. §. 1. Gi-  
acomo Vassalli.

3  
tantur eritam Felin. & alij.  
Verumtamen licet in praedictis iuribus quoddam  
peculiaris genus pœna feratur, quæ distinguitur est ab  
excommunicatione maiori, & à minori, prout  
traduntur in cap. penultimo de sententia excommunicati,  
nihilominus, loquendo de excommunicatione,  
quæ propriæ censura fit, & præsternit secundum  
præsentem statum, & consuetudinem Ecclesiæ non  
videtur necessarium, distinguere illam spe-  
ciem excommunicationis minoris, præter eam, quæ  
conficitur in separatione à perceptione sacramen-  
torum. Quia ratio harum censurarum tota pendet ex  
institutione: & Pontifices aliam institutionem no-  
bis non declarant, vt patet ex d. capit. vlt. de cler. ex-  
comm. min. & cap. penult. de sententia excomm. ne-  
que aliud modus excommunicationis maioris iam  
est in vñ: non ergo alias distinguere, vel declarare  
necessæ est. Fatorum enim posse excogitari alium mo-  
dum excommunicationis minoris, vt possibiliter, &  
non tantum vnum, sed plures. Et fortassis olim ali-  
quis aliud fuit in vñ: (licet hoc incertum sit ut iam  
dicam) nunc vero excommunicatione minor tantum  
in dicta pœnituatione morali conficitur.

Addo præterea, illum modum excommunicationis, qua prius priuata aliquorum fidelium communicatione, & nō omnium (licet admittatur esse) quandam excommunicationem maiorem, non respectu omnium, sed eorum, quorum communicatione aliquis priuatur: quia respectu eorum est priuatio totalis, id est totius communicationis tam in sacrifici quam in humanis. Sicut alias Scotos dicit, excommunicatum ab uno Episcopo ex vi prohibitio-

A nis eius solum priuari communicatione subditorū illius Episcopi, & nihilominus respectu talium per-  
sonarum illam esse quandam excommunicationē  
maiorem, quia priuati omni communicatione, qua  
priuare potest. Ita ergo censeri debet de illa excom-  
municatione, vnde neque illi bene accommodatur  
doctrina de excommunicatione minori, neque o-  
portet aliud de illo genere excommunicationis di-  
cere, nisi quod omnia dicta de excommunicatione  
maiori in ea respectuive locum habent; Addo, nunc *Nunc vero*  
non esse in vfo Ecclesie talem excommunicationis *non effe in*  
*vfo.* modum, & satis incertum esse, an aliquando fuerit:  
nam ille, qui indignus est aliquorum communica-  
tione fidelium, omnium etiam est indignus, & quia  
suffragia, que in vno loco, vel a ministris quibus idā  
B sunt nomine totius Ecclesie, quantum ad hoc ius-  
dem rationis sunt cum suffragiis, que in aliis locis,  
vel ab aliis ministris offeruntur: & ideo, qui exclu-  
dit à participatione suffragiorum communium  
alicubi, ybique excludendus est.

Quapropter probabile mihi est, quod notauit Exponuntur  
Glossa in dist. capit. Placuit illam pœnam & alias, de quibus ibi sit mentio, non fuisse proprie Exponuntur  
excommunicationem: sed solum separationem quandam in varia iura  
negotii, vel in aliis ministris, v.t.v.g. quod talis Episcopus non vocetur ab aliis ab Exponuntur  
consecrandum aliquem Episcopum, vel ad alia negotia tractanda. Sic varia iura  
etiam Glossa in dist. 1. cap. dist. 34. explicat illa verba, in contraria  
excommunicatus ab eisdem, scilicet, vt non interfici cum eis um adducatur  
negotii communibus. Sic exponi potest cap. In loco, vbi  
C Glossa aduertit, illam tantum fuisse separationem à Glossa.  
confitio fratum, & addit Archidiaconus non fuisse separationem ab vsu sacramentorum: Quod inde etiam confirmatur, quia illi prescribitur trium dierum terminus, propria autem excommunicationis censura non habet definitum tempus: non erat ergo illa propria censura, sed alius modus pœnae. Qualis etiam erat illa, de qua dicitur in capit. Nemini. Cap. Nemini  
nem. distinct. 45. Si ita casus am exigit clericis, triduo pri- nem. d. 45.  
uetur honore, &c. Vnde eodem modo intelligitur cap. Episcopi, 11. q. 3. nam ibi etiam praesiguntur tempus Cap. Episcopi  
dum dicitur: utque ad tempus synodi à reliquis Episcopis  
communi illis denegetur.

Adde praterca, interdum vocari excommunicationem in antiquis iuribus solam priuationem Eucharistie, cuius vsus per antonomasiam dicitur communio: quomodo accipi videtur illa vox in cap. *Nemo. 11. q. 3.* & in cap. *De presbyterorum. 3. 7. q. 4.* & indicauit Gratianus *11. q. 3.* post capit. *Ad mensam. §. Eu-*  
*denter clariss. Victoria in Summa, materia de exco-*  
*municatione, n. 1. ita expponens cap. Engelrudam. 3. q.*  
*4. De quo supra in principio materia de excomu-*  
*nicatione dictum est, & disput. de Censuris in com-*  
*muni de eadem re plura diximus: & exposuimus a*  
*lia iura quoque ibi annotat Victoria, & ferre eodem mo-*  
*do exponit, & nobiscum sentit dicens, olim fuisse in*  
*Ecclesia alios modos poenarum, separando fidelent*  
*peccatores propter aliquas culpas, vel a perceptione*  
*solius Eucharistie, vel ab ingressu Ecclesie, &*  
*communicatione in diuinis officiis, aut communione*  
*oratione, qua omnes (ait Victoria) poterant vocari ex-*  
*communications minores: nunc autem (inquit) yna tantum*  
*est excommunicatione minor, quae priuat vsu pauciis*  
*sacramentorum. Si eriam in regula sancti Benedicti*  
*multa leguntur de excommunicationibus regula-*  
*ribus (vt sic dicam) quae in peccatum monachis im-*  
*ponebantur, quae censure non erant, ledprohibitio-*  
*nes, & separations quadam, vt ex cap. 23. 24. & 25.*  
*eiusdem regule manifestum est.*

Ex his ergo recte concluditur, hanc excommunicationem maiorem integrum & totalem, prout est in vno Ecclesie, tantum esse vniuersitatis rationis specificae: quia est ut ita dicam priuatio eiusdem formae, scilicet communicationis pauperum sacramentorum, quae eiusdem rationis est in omnibus fidelibus. Immeriti-

## Disp. XXIV. De excommunicato minori.

Sot.  
Victoria.

416

toque in contrarium citantur Victoria supra, & Soto dist. 22. q. i. art. 1. in principio: nam Victoria, sicut dicat, olim fuisse alios modos pœnarum, quæ poterant dici excommunicationes minores nunc tamē sentit, nullam esse, quæ priuet participatione vnius sacramenti, & non omnium: Soto vero, sicut dicat nomen Excommunicationis, derivatum esse à participatione Eucharistie, quæ per antonomasiā dicitur communio, addit nihilominus, eos, qui extra sanctam Communionem fiebant, etiam in antiqua Ecclesia subinde à Participatione reliquorū sacramentorum solitos fuisse cohiberi. Quicquid vero sit de præterito tempore, nunc certum est nullā esse propriam censuram, quæ priuet receptionē vnius sacramentorum nisi omnibus simul priuando, ut cōstat ex citatis iuribus in capit. vlt. de cler. excom. ministr. & in c. penult. de sentent. excom. & ex vſu Ecclesie. Nam vt infra ostendemus, nulla est excommunicationis minor iure lata, quæ non priuet participatione omnium sacramentorum: ab homine autem raro, aut nunquam fertur excommunicationis minor. Et quamvis interdum prohibeat quis ab vſu, v.g. solius Eucharistie ex precepto confessoris, aut superioris, vel iudicis Ecclesiastici, vt sumitur ex c. Accedens, dist. 50. tamē illa non est propria censura, sed vel pœna quædam præcedentis peccati, vel iustum præceptum, quod propter reuenerientiam tanti sacramenti, vel ob alias iustum causam imponitur. Non oportet ergo tot species excommunicationum minorum distingueri, quot sunt species sacramentorum, quia licet possint a nobis singuli, tamē in censuris ab Ecclesia institutis non dantur, sed via, quæ priuat omnium sacramentorum participationem.

### S E C T I O N I I .

Quos effectus habeat excommunicationis minor.

Conclusio

Couart.  
Vgolin.  
Obiectio.

Peccat grauiter fac  
mentare recipiens cum  
hac censura.

**V**AESTIO hæc ex dictis in superiori facilime definitur. Dicendum est enim proprium, & adæquatum effectum huius censuræ esse, priuare hominem vſu, & participatione sacramentorum: quod patet ex definitione data, & ex iuribus vnde illam sumptimis, & ex c. Nobis de exceptionibus, & ex omnini sententia apud Couart. in cap. Alma. p. 1. §. 8. & Vgolin. tab. 3. cap. 6. §. 1. & Summistas verb. Excommunicationis. Dices, hic effectus communis est excommunicationi maioris: ergo non est proprius excommunicationis minoris. Respondeatur ex superiori dictis, hæc duo comparari per modum totius & partis, nam excommunicationis maior includit quidquid minor, & aliquid aliud: vnde cu dicitur hic effectus proprius excommunicationis minoris, vel nō sit comparatio ad maiorem, sed ad alias censuras, vel intelligendum est cum præcisiōne, & adæquatione: nam excludere a receptione sacramentorum est, vt ita dicam, adæquatum obiectum excommunicationis minoris, non vero maioris, licet sub eius obiecto comprehendantur: sicut color, vel sonus continentur sub obiecto sensus communis, licet ipsa sint obiecta adæquata quorundam particuliarum sensuum.

Atque hinc sequitur peccare grauiter, qui cum hac censura suscipit sacramenta, sicut ipsa sacramenta excommunicationis minoris, non vero maioris, licet sub eius obiecto comprehendantur: sicut color, vel sonus continentur sub obiecto sensus communis, licet ipsa sint obiecta adæquata quorundam particuliarum sensuum.

A etiam graue & mortale fit. Altera pars nota est, quia sacramenta prohibitio Ecclesie non irritat sacramentum, si illi, cum haec debita materia, & forma à legitimo ministro ap. plicantur, & à fortiori patet ex dictis de excommunicatione maiori.

Addendum vero est pròpter hoc peccatum, vel celebrando cum hac censura non incurri irregula: ritatem. Quod expreſſe traditur in dict. cap. vltimo de cleric. excom. ministr. Ratio est, tu quia talis irregularitas non est in iure expressa, tum etiam quia propter solam susceptionem sacramenti, vt fieri non incurritur irregularitas, sed propter indebitam ordinis administrationem, à qua per censuram aliquis prohibitus est, vt infra suo loco videbimus hic an tem celebrans ligatus minori excommunicatione non peccat propter administrationem ordinis sed propter solam susceptionem sacramenti, vt iam dicam. Addito etiam, nullam certam pœnam effectio iure impositam propter hanc culpm, sed arbitrio iudicis, vel superioris puniendam esse, vt notauit Glossa in dict. cap. vlt. de cler. excom. ministr. unde fallum existim, quod dixit Sylvestris verb. Excommunicationis, 4. in principio, eum; qui cum excommunicatione minori suscipit sacramentum imprimis characterē, v.g. ordinis priuari effectu ultimato, id est executione. Nam hæc priuatio non fit nisi per suspensionem: quia ob talē culpm non contrahitur: nullo enim iure lata est, vt diximus.

Atque hinc colligitur, omnes alios actus Ecclesiasticae communicationis, tam sacros, quæ ciuitates seu humanos licitos esse homini ligato sola excommunicatione minori. Hæc est communis sententia: vt videre licet in Sylvestri verbo. Excommunicationis communis 4. n. 5. & Nauarr. in Summa, cap. 27. & Couart. dict. §. 10. 8. n. 2. & Jacob. de Graffis lib. 4. iuramentum decisionis, cap. 10. n. 3. Et ex parte colligitur ex dict. cap. vlt. vbi dicitur: Eum, qui sic excommunicatus est, non esse prohibitum eligere, vel ea, quæ iurisdictionis sunt, exercere. Ergo multo minus est prohibitus ab aliis actibus humanae communicationis, quæ iurisdictionem non requirunt. Præterea in cap. A nobis, de exceptionibus, ponitur particula exclusiva, tantum à sacramentorum participatione est remota: ergo reliqua licita sunt, quia nō sunt prohibita. Quapropter huiusmodi excommunicationis & Missam audire, & alia diuinaria, quæ sacramenta non sunt, participare potest, vt Theologicon in 4. d. 8. Præsertim Palud. Gabriel, & Major, & Adrian. q. 3. de Clauibus. Vbi recte etiam addit, posse huiusmodi excommunicationis absoluere alii ab excommunicatione, vt colligitur ex cap. Dagob. de Seu. de sentent excom. Et ratio est, quia non iurisdictione, aut vſu eius, iuxta dict. cap. vlt. Et eadem ratione potest aliis negotiis interesse, vel in iudicio, vel extra illud, ac denique quoque communicatione vti. Et ob eandem rem non est priuatus communibus suffragiis Ecclesie: tum quia non est præcisus ab illa tum etiam, quia illa dictio exclusiva, tantum, hæc omnia complectitur.

**L**igatus minori excommunicatione licet sacramenta ministrari.

D VAE tamen supersunt difficultates circa hanc generalem illationem. Prima est, nam ex illa sequitur Sacerdotem ligatum in minori excommunicatione possit licere, & absque peccato ministrare sacramenta, quia solum est prohibitus apud suam receptionem: actiuæ autē ministratio distincta est, & per se non requirit receptionem: ergo non erit illi prohibita, erit ergo licita: consequens autem videtur contra expreſſa verba Gregorij IX. in dict. cap. vlt. de cler. excom. ministr. dicentes: Peccat autem conferendo ecclasiastica sacramenta: ergo.

Propter quod quidam dicunt peccare grauiter, qui ministrat sacramenta cum minori excommunicatione:

## Sect. II. De Effectibus excomm. minoris.

417

ratione. Tenet Innocentius dict. cap. vlt. (Abbas autem ibi falso citatur) & Adrianus in 4. quæst. 3. de clauibus, §. Pro hac solutione. Maior 4. diff. 18. quæst. 2. §. 1. Sylvestris, Excommunicatio 4. nu. 1. Fauet 1. 6. n. tit. 9. partit. sed loquitur aquiuoce de excommunicatione minori, iuxta dicta in sect. precedenti. Illa ergo sententia falsa est. Primo, quia in dict. ca. A nobis, de exceptionibus exclusive dicitur tantum participatione. Dices, intelligi à participatione etiam ait. Sed repugnat in primis proprietas huius vocis, participatione, quæ non significat effectuonem, sed receptionem sacramenti. Deinde repugnat expressa interpretatione eiusdem Gregorij IX. in dict. cap. vlt. dicentes, hanc participationem in sola consistere perceptione, & non in actuio ministerio. Ex quo ibidem concludit, sic excommunicatum non esse remotum à collatione sacramentorum. Nec refert, quod Pontifex ibi vitetur verbo videndi, dicens: Cum non videatur à collatione, &c. quod verbum dubitationem potius quam constantem sententiam indicat: hoc (inquam) non refert, nam illo modo loquendi stipe significatur absolute assertio, & veritas rei, & ita accipiendo esse cum à lege profertur, notauit Iason. in l. Clam posidere, §. Qui ad nundinas. nu. 45. sc. de Acquirere. posse. & in illo textu est necessaria interpretatione: nam Pontifex absolute affirmat sacramenta collata à sic excommunicato, virtutis non carere effectu, & rationem subdit, cum videoatur à sacramontorum collatione remotus: ergo perinde fuit, ac si diceret, cum nos sis: alioquin ratio non esset conclusioni proportionata.

Præterea alij sententiæ, sic excommunicatum, per se loquendo, non peccare administrando sacramenta. Ita tenuit Hostiensis ibi, quem sequitur Narratus dict. ca. 27. nu. 24. & idem tenet l'annes de Lignan, tractatus de censuris, §. 13. & alij supra citati. Fundamentum est, quia per talem censuram non remouetur quis à collatione sacramentorum, ut oportens est: ergo non est illi prohibita: ergo non peccat conferendo. Pater consequentia, quia talis actio in tali persona non est per se mala: ergo si non est aliunde prohibita, non est vnde peccaminosa sit: Quid est ergo quod Pontifex dicto c. vlt. ait. Peccat autem confrendo ecclesiastica sacramenta? Responsio communis est, illa verba intelligi, de illa collatione eorum, ut Episcopus ordinando in sacris, quia simul sacram facit, & communicat, non tamen peccabit confirmingo: quia tunc ita consertum unum sacramentum, ut nullum recipiat. Similiter Sacerdos si excommunicatus peccabit Eucharistiam conferendo, quia necesse est, ut illam recipiat, tamen si illam ministret ex præconferatis formulis, non peccabit, qui potest id facere non participando illum. Ita significavit Abbas ibi, nu. 1. & 3. vbi ait, excommunicationem minorem non inducere suspensionem ordinum, sed tantum ptiuare participatione sacramentorum: & ideo qui sic celebrat, non attendat officium sibi interdandum, sed ideo peccare, quia participat ex sacramento. Vnde quod in illo textu dicitur, Peccat autem ipsa confrendingo, videoatur ipse expōnere, id est celebrando, seu celebratione conferendo.

Non caret tamen difficultate illa expōsitione; tum quia nemo participat sacramentum, cum illud confert, nisi qui celebrat, si ergo Pontifex in illo posteriori §. solum loqueretur de eo, qui confert sacramentum illud recipiendo, nihil nouum diceret, sed repeiceret, quod in principio capituli dixerat: Peccare sic excommunicatum celebrando: at Pontifex illud ad didicit tanquam quid nouum, & distinctum: tum etiam quia illa posterior assertio Pontificis non esset per se, sed valde per accidentem: vnde non fuisset ita absolute proferenda, imo in rigore esset falsa: Explicantur omnia, quia actio conferendi sacramentum ex se separabilis est à participatione sacramen-

A ti: quod autem coniungantur, accidentiarum est, solumque co:comitanter, vel presuppositiue concurredit. Vnde illa duo, scilicet recipere, & ministrare sacramentum quanumvis simul fieri videantur, diuersæ manent, & peccatum, quod ibi interuenit, non est in administratione, sed in receptione sacramenti. Addo ut non magis peccet sic excommunicatus celebrans, & ministrans sacramentum, quam celebrans tantum: ergo illa locutio in eo sensu imprædictissima est, & in rigore falsa.

Nihilominus circumstantia, & difficultas illius textus cogit nos, ut dictam expositionem admittamus: nam in eo duo simul dicuntur, quæ videntur repugnantia, scilicet peccare sic excommunicatum conferendo sacramenta, & non esse ab eorum collatione remotum: nam si non est remotus, cur peccat? Ergo oportet exponere, peccare, non ex vi remotionis à collatione sacramentorum, sed ex adiuncta receptione, à qua remotus est, & inde fieri, ut sacramenta ab eo collata non careant effectu, neque apud Deum, neque apud Ecclesiam. Vnde ad obiectiōnem respondendum est, illum versiculum, Peccat autem, &c. referri ad initium capituli & consequenter in eo sermonem esse de Sacerdote sic excommunicato celebrante, quod satis indicat illa particula aduersaria. Autem, quæ ad preterita refertur, & non potest aliter commode referri.

Non ergo de quo cumque Sacerdote sic excommunicato, sed de celebrante, ait Pontifex, peccare Responſib.

sacramentum ministrando. Quod non superflue, sed ex necessitate addidit, ut declararet, non obstante illo peccato, talia sacramenta habere suum integrum actum absque illa suspensione, vel alia ecclesiastica pena, quia illud peccatum non prouenit formaliter ex collatione, sed ex participatione sacramenti. Etideo non obstat, quod huiusmodi culpa sit quasi peraccidens respectu collationis sacramenti, quia iuxta subiectam materiam sermo erat de collatione sacramenti habente talem circumstantiam. De qua moraliter loquendo, vere & in rigore dici potest quod peccaminosa sit, tum quia, licet hæc censura directe non prohibeat usum actuum sacramentorum, tamen prohibendo passiuum, ex consequenti prohibet illum actuum, qui sine passiuo esse non potest, sicut statim dicimus de electione: tum etiam quia hic & nunc sit tali modo, & per talia media, ut ille peccato exerceri non possit. Vnde, licet tota ratio illius malitiae proueniat ex participatione sacramenti, tamen illa redundat in actionem, & inficit totum illud ministerium, quod per modum vniuersi tunc moraliter sit.

Alteram interpretationem adhibere possumus, alii expōs. videlicet per se quidem, ac directe non remoueri quempiam per excommunicationem minorem ab officio administrandi sacramenta: & ideo non peccare grauter, si hoc faciat, nec aliquam penam ecclesiasticam incurre: Nihilominus tamē, quia talis excommunicatio aliquam indecentiam asserta, ideo non carere aliqua culpa, qui in eo statu sacramentum ministrat. Sicut peccatum per se ac directe non verat ministrare sacramenta, neq; hoc formaliter ad eius rationem pertinet: tamen propter indecentiam nouum peccatum est sacramentum ministrare in statu peccati. Ita ergo in præsenti cum duplice moderatione. Vna, ut hoc non extendatur ad alias actiones sacras, præter sacramentorum ministracionem propter specialem sanctitatem talis ministerij. Alia, ut tale peccatum vehicle tantum censeatur: quia illa indecentia parua est, & ita ad peccatum mortale non sufficit. Vnde in illo c. vltimo, cū in principio dixisset Pontifex, peccare grauter sic excommunicatum celebrando, postea solum dixit,

peccat autem sacramenta ecclesiastica conferendo, & non addidit, grauter, quia necessarium nō est peccatum illud, esse mortale, iuxta hanc interpretationem quam

*Lefesme  
Couser,*

quā tenet expresse Lefesma in 2. part. 4. q. 25. art. 2. & iuxta illam conciliare vult opiniones supra relatas. Eandem indicavit Couser. dist. 8. num. 2. citatque Ancharranum, Caietanum, & Sylvestrum: tamen Sylvestri verb. Excommunicatio, 4. num. 1. & 5. oppositum plane docet: Caietus vero, verb. Excommunicatio minori, aliquantulum fauer, quatenus distinxit, & praeceps ait, huiusmodi, excommunicatum mortaliter peccare, si se ingerat paſſiuē participatiōni alicuius sacramenti, indicans si se ingerat actiue non peccare mortaliter, sed ad summum venialiter. Et ita etiam facile intelligitur limitatio, quæ in fine illius textus additur, *Dammodo non in contemptū Ecclesiastica disciplina, &c.* Ita ut sensu sit, quamvis sit aliquid peccatum ministrare sacramenta cum illa censura, non tamen esse graue, nec anathemate dignum, nisi ex contemptu sit.

*Expositio  
hac rei  
tur.  
Non peccat  
qui ligatus  
excommuni-  
minori sa-  
cramentum  
ministrat.*

Hæc expofitio effet probabilis, si verum effet quod ſupponit, effe peccatum veniale ministrare sacramentum in minori excommunicatione. At hoc non videtur verum. Nam ex vi huius circumſtatiæ, & omnibus aliis ſeculatis, nulla ſufficiens ratio culpa ibi appetit. Quia censura hæc per ſenon est culpa, ſed poena, neque etiam neceſſari ſupponit culpam mortalem: quod ſi interdum illam ſupponat, erit per accidens: poteritq; per cōtritionem auferri: ergo talis censura per le ſolam coram Deo non affert indignitatem, vel indecentiam, ratione cuius contra reftam rationem fit, aut contra ſanctitatem ſacramenti illud in eo ſtatu ministrare. Cum ergo alias ex vi talis censura illa ministratio prohibita direcione nō fit, nec exiure poſitivo, neq; ex naturali appetit in eo actu ſufficiens ratio culpa etiam venialis. Deſtructo autem hoc fundamento tota illa interpretatione ruit. Et ideo prior & ſolidior, & verior videatur.

*Electio eius qui ligatus eſt minori excommu-  
nicatione, an valeat.*

*S*ecunda difficultas oritur ex eodem cap. vlt. dicunt enim ibi, eum, qui minori excommunicatione ligatus eſt, non poſſe eligi, & ſi ſcienter eligatur, eius electionem irritandam eſt. Ex quo ſequi videtur non eſſe veram illam exclusiūam, ſic excommunicatum tantum paſſiuē perceptione ſacramētorum effe priuatum: nam priuatus etiā eſt paſſiuē electione, que nō eſt participatio alicuius ſacramēti. Accedit quod etiam videtur priuatus actiua voce eligendi ex cap. Illa quotidiana, de Elect. vbi Pontifex ſupplet defectum quorundam, qui ad electionem concurrarent minori excommunicatione ligati. Sed hoc ſecundum non habet difficultatem, nam certum eſt hanc censuram nō priuare iura eligendi, vt patet ex dīc. cap. vlt. & ex omnium ſententia, & quia nullib; lata eſt talis poena. Neque in dīc. cap. Pontifex ait fuſile illum defectum electionis, ſed ad tollendos ſcrupulos, vel vt ſatisfaceret opponentibus, ſub conditione addidit, *Si quis defectus &c.* Circa priorem ergo partem primo videndum eſt, quia ſit ſenſus illius clauſulae, & qualis ſit hic effectus huia ſenſure, & deinde quomodo conſoneret cum illa Exclusiūa, quæ habetur in dīc. capit. A nobis, de Excep.

*Dē qua el-  
ectione ſit  
formo.*

Circa priorem partem ſuppono ſermonem ibi ſe de Electione ad gradus, dignitates, vel beneficia Ecclesiastica. Nam licet in textu abſolute dicatur, huius excommunicati electionem irritandam eſt, tamen ex ratione, quam ſubdit Pontifex, ſatis colligit illa determinatio. Pro eo (inquit) quo ad ſuceptio- nem eorum eligitur, à quorum participatione à Sanctis Patribus eſt priuatus. Quæ ratio habet locum in ordinib; aut beneficiis Ecclesiasticis, non autem in temporalibus. Vnde, ſi quis ſic excommunicatus eligatur ad temporalement dignitatem, aut ministerium, velad

A regnum, non propterera electio irritanda eſt, & idē censio de Electione ad cathedram, etiam ſit facre, aut Ecclesiastica lectionis: dummodo beneficium Ecclesiasticum annexum non habeat, de officiis autem aut beneficiis Ecclesiasticis, quæ per ſe non ha- bent annexam obligationem ſuiciendi aliquod sacramentum, dicam in ſecundo punclo poſitio.

Secundo obſeruandum eſt in illo c. vlt. non ſimpli- citer id dici, ſed cum illo addito, ſcienter. Sic enim dicitur, *Si tamen ſcienter talis eleclus fuerit, &c.* Non tam- men explicatur ad quos referatur illa particula, ſi enter, an ſcilicet ad electores, vel ad electum. Vide- tur tamen præcipue eſſe referendam ad ipsum ele- ctum: nam hæc poena illius eſt, & non eligentium: non enim ob eorum peccatum, ſed electi, electio ir- ritatur: ergo parum refert, quod ipſi peccet, aut nō peccent eligendo, aut electio irritanda ſit: ergo nihil etiam refert quod ſcienter eligant: nam hac scientia Imma, ſumma auget eorum culpam. Et hanc ſententiam Abba docuit Glosſa, ibi verb. ſcienter, quam Innocentius, Abbas, & alij expoſitores communiter ſequuntur.

Sed inde oritur difficultas, ſi huiusmodi excom- municatus eligatur ipſiomet ſuum excommunicationem ignorante, an tunc electio valida & rata ſit, ut omni defectu careat, propter quem veniat irritanda? Nam, eſte irritandam, ſentit Couserius ad s. 8. nu. 3. quia nihil diſtinguit inter ignorantiem elec- torum, & eleclis, ſed absolute ait ad valorem & effec- tum huius electionis nihil conducere ignorantiam excommunicationis, & citat Glosſa in dīc. capit. vlt. quæ tamen ſolum de electoribus loquitur, & illam particulam, ſcienter, ait, referendam eſt ad ipsum excommunicatum. Exponit vero non ita ſi ſcienter eligatur, ſed, ſi ſcienter participauerit excommunicatione minori, nihil referre quod ignoranter eligatur.

Illa vero expoſitio violēta eſt, nam verba textus ſunt, ſi tamen ſcienter talis eleclus fuerit: vbi euidenter ſcientia ad electionem referrunt, & per ſonu ſupponi- tur ligata minori excommunicatione, quoquinque modo, vel titulo contraria ſuerit, nam doctrina ge- neralis eſt. Ratione tamen potest illa ſententia per- ſuaderi, quia illa electio nō irritatur propter pecca- tum, quod electus committit ſe in gerendo tali elec- tioni; ſed propter incapacitatem per ſonu, vt ſatis conſtat ex ratione, quam ſubdit Pontifex dicens, *Pro eo, quod ad ſuceptio- nem eorum eligitur, quorum percepio- ne à Sanctis Patribus eſt priuatus.* Quæ ratio lo- cum habet, ſi quis ſciens, ſive ignorans eligatur: & ſi pecet in ea electione, ſive non: interdum enim fieri potest, vt nō pecet, etiam ſi ſciens eligatur, vt poterit ſi mere paſſiuē ſe habeat, non procurando elec- tionem, quamvis eam non impedit manifestando ſuum excommunicationem, quia non debet ad hoc obligari, ſi occulta fit.

Nihilominus contraria ſententiam indicat Syl- uel citans Glosſam Raimundi verb. Excommuni- catio. 4. nume. 4. vbi ait, hanc inabilitatem excom- muni- cati ſe in poenam peccati. Sed hoc eſt verum ſyllo- gismus, de peccato illius peccati, propter quod in excom- muni- nationem incidit. Quod vero necessarium ſit no- rum peccatum in ipsa electione commiſſum, ab ipso non probatur, neque aperte dicitur. Ait tamen, ſi electores ignoranter eligant, electionem non effe irritandam: quod tamen veriſimile non eſt, vt dixi. Inde vero à fortiori videtur colligi, idem ſentire, ſi excommunicatus ex parte ſua ignoranter electus ſit. Fundatur autem Sylvestris in illo verbo textus, ſcienter, quod neceſſe eſt aliquam vim habere: alio- qui ſuperflue adderetur: nullum autem effectum habere, ſi, non obſtantे quacumque ignorantiā tā ex parte eligentium, quam ex parte electi eleclio ir- ritanda eſt. Confirmatur, quia, cum hæc censura minoris excommunicationis propter ſeuem culpā contrahi poſit, non videtur eſſe adeo graui prohi- bitionis.

<sup>18</sup>  
Prior opinio  
preferitur.

bitio, vel inhabilitas, vt etiam cum bona fide electi, ipsam electionem, vel collationem beneficij irritet. His vero non obstantibus non videtur in hac parte recedendum à communii sententia: nam eius ratio est vrgens, scilicet, quod hic effectus non fundatur in noua culpa eligentium, vel electi, vt propterea possit ignorantia excusando culpam impediens hunc effectum, sed fundatur in natura seu institutione talis censuræ, quæ, impediendo usum paßuum sacramentorum, impedit consequenter electionem ad illud munus, quod illum usum requirit. Quod fundamentum integrum manet etiam si ignorantia intercedat in alterutra, vel in utraque parte, scilicet eligentium, & electi. Quo circa illa particula, scienter, potius videtur addita in illo textu ad augendum, quam ad limitandum. Ita vi sensus sit, Etiam si scienter. Et referenda erit potius ad eligentes, quam ad electum, vt omnes expoſitores communiter indicant. Quia ex parte electi quasi manifestum videbatur, ignorantiam, aut scientiam nihil posse operari ad commodum eius quoad id, in quo per consuram impeditur vel prohibitus est. Rursum, si ex parte eligentium fiat electio ignoranter, hoc ipsis videtur antvoluntaria, & subrepertoria, ac proinde irritanda: quod fecis videri poterat, si scienter eligerent sic excommunicatum: quia, non obstante illo defectu, viderentur velle conferre illi beneficium: propterea ergo Pontifex addit, vt etiam si scienter eligant, electio irritanda sit: quia in electo semper est impedimentum: vnde & ipsi male faciunt illum eligendo.

Sitne talis electio ipso iure irrita.

Ops. com.  
moni.  
Gloss.  
Panormit.  
Sylvest.  
Cautian.

Obituaria.

<sup>19</sup> Tertio obseruanda in illo textu sunt verba illa, Eius electio est irritanda: nam ex ea oritur dubium, an talis electio valida sit donec irritetur à iudice, an vero sit à principio nulla. Priorem enim sensum indicant dicta verba: nam quod irritandum dicitur, supponit non esse irritum, quamvis infraenum propter aliquem defectum, ratione cuius irritari debet. Nihilominus posteriorem sensum sequuntur Gloss. Panormitan. Sylvest. & Couarr. locis citatis. Qui consequenter afferunt, illud verbum, Irritanda est, exponendum est, id est, Irrita declaranda, D seu, irritanda quoad factum, nam quoad ius irrita est. Hanc vero sententiam nulla ratione, vel textu confirmant. Nam quod quidam aiunt, illud verbum, Irritanda, esse sic exponendum ob subiectam materiam, non video quam vim habeat: quia materia est odioſa & poenalis: & ideo restringenda quoad rigorem, & amplianda quoad fauorem. Adde, in illo textu nullum esse verbum, quod significetur persona, sic excommunicatam reddi omnino inhabilem ad electionem, sed solum prohibere eligatur, sicut prohibetur, si sacramenta participet.

Dices, ex alius iuribus constare huiusmodi prohibitionem esse irritantem: nam in capit. Postulafu, de Cleric. excomm. ministr. dicitur, excommunicatis clericis non posse beneficia Ecclesiastica conferri, neque eos posse ea licite recipere. Veruntamen neque ille, neq; alius textus iuris canonici de excommunicatione minori loquitur in specie quoad huc effectum, sed loquuntur, aut expresse de excommunicatione maiori, aut simpliciter de excommunicatione, per quam intelligendam esse maiorem iam supra docuimus. Ex quo potest argumentum in contrarium retrorqueri: nam vis excommunicationis maioris maior est, & ideo cum de illa agitur, declaratur electionem excommunicati irritam esse: cum autem agitur de minori solum dicitur, quod sit irritanda, eo quod cum minor sit, minorem vim habere videatur.

Quapropter verior mihi videtur sententia affirmans talem electionem validam esse, quamvis per

A sententiam irritari possit, & debeat. Quam sequuntur sententia est Felinus in c. Dilecti, de Exceptionibus: nam, Felin. licet in num. tertio dicat, huiusmodi excommunicatum esse ineligibilem, tamen in fine nu. 4. hæc sequitur sententia. Et eandem tenet Richardus in 4. dist. 18. art. 7. q. 4. Dubitat autem ibi Richardus, an Richard. quod dicitur de Electione procedat de quacumque Dubium, collatione beneficij etiam absq; electione hat: & v Quod dicitur partim censem probabilem. Ego vero existimmo habere loci in collatione beneficij, siue fiat per electionem inter multos, siue non, tum quia omnis collatio beneficij est quædam virtualis electio, cum ille cui confertur, etiam si non præcedat concursus, assumatur unus ex multis ad illud munus: tum etiam, quia ratio textus æque procedit in collatione beneficij: nam per illam aliquis assumitur ad susceptionem eorum, à quorum perceptione à sanctis Patribus est priuatus. Et hæc est communis sententia, vt colligi potest ex auctoribus supra citatis.

Aliud item dubium indicat ibi Richardus, an e- ligentes scienter huiusmodi excommunicatum, ob talem electionem incurvant penam iuris, scilicet vt pro ea vice priuati maneantur eligendi. Et af- firmatiuam partem sequitur cum Glossa in dicto ca. Si celebrat, verb. Scienter, & fundatur in c. Cum in cun- dus, §. Cleric. & in c. Scriptum est, veris. Si vero, de Elec- tione, vbi qui indignum eligit, priuatur pro eavice iure eligendi. Contraria tamen sententia vera est, & Communis sententia, ab.

C <sup>22</sup> C. quia illa pena non est in iure expresa pro hoc casu, & ex dictis capitibus, Cum in cunctis, & /criptum est, non est extendenda ultra casus ibi expressos, tum quia penæ non sunt extendenda: tum etiam, quia non est eadem ratio de eligente indignum, quia de eligente ligatum minori excommunicatione: quia hic non peccat contra iustitiam, & quia ille defectus leuius est, & facile auferri potest.

Ad difficultatem autem supra tactam, quomodo scilicet vera sit exclusua illa, quæ in aliis iuribus ha- betur huiusmodi excommunicationem tantum priuare paſſiuam participatione sacramentorum: dici potest exclusuam nō excludere concomitantiam: hec autē paſſiuam electio est quid concomitant paſſiuam susceptionem sacramentorum, vt indicatur in illa ra- tione, quod qui priuatus est paſſiuam perceptione sa- cramentorum, etiam est priuatus munere, quod ad illam ordinatur. Vnde etiam dici potest hanc censu- ram tantum priuare participatione sacramentorum directere, & inde a te, seu immediata, ac mediate, id est, & ipsa susceptione in fe, & eo manere quod ad ipsam ordinatur. Dices, non est simile rationem: nam qui eligunt ad aliquod munus, potest non ex- ercere minus illud, donec ab excommunicatione minori absoluſum sit: ergo, licet manus illud ordi- netur ad ministerium, & requiri susceptionem sa- cramentorum, qua talis excommunicatus priuatus est, non propterea electio erit inutilis, quia nō eli- gitur, vt in eo statu illud exerceat. Sicut, quamvis aliquis eligatur ad tale munus in peccato mortali existens, non propterea electio erit irrita, vel irrita-

E da: quia non eligitur, vt in eo statu exercet munus suū sed potest adhuc à peccato, & postea digne ex- ercere. Respondeo, rem hanc nō fundari in solo dis- cursu rationis, seu illationis vnius ex alio, & hoc ar- gumentum conuincit. Fundatur ergo in iure posi- tio, quod hoc statuit in dicto ca. vlt. & consequen- ter probauit illam illationem in præsenti materia: nam, licet per se necessaria non sit, est tamen cōgrua & sufficiens vt per posituum ius ita statuatur. Atque ideo non est simile de eo, qui eligitur in peccato mortali: quia de illo nihil tale statutum est per ius posituum: & ideo, licet electores male faciant ali- quem eligendo in eo statu, tamen eius electio neque irrita est, vt quidam inope dixerunt, neque etiam est infirma aut irritanda, vt bene ostendunt Nauarr.

Vera sen-

Dubium,

Quaratione  
verum ha-  
bit mi. or  
excom fo-  
lum priuare  
paſſiuare  
percep-  
tione sacra-  
memorum,

Reffonses,

Nauarr.  
Conarr.

Nauarr. in cap. Si quando, de Rescriptis, exceptione  
11. Couarruias in cap. Alma, 1, part. §. 8. nume. 4. de  
quo alias.

An electio beneficij quod ad susceptionem sacramen-  
ti non ordinatur, irritanda sit.

24

**H**inc verò suboritur alia dubitatio, quando munus, aut beneficium Ecclesiasticum tale est, ut per se non ordinetur ad susceptionem alicuius sacramenti, neque in exercendo suo munere illam requirat, an talis electio irritanda sit: nam ex ratione illius textus videtur non fore irritandam, quia per eam non eligitur quis ad susceptionem sacramentorum, exempla sunt in praestimonioribus, & beneficiis simplicibus pro clericis in minoribus constitutis infra sacerdotium. Nec refert quod talia beneficia requirant ordinem, quia non ordinantur ad illum ut suscipiendum, sed supponunt susceptum: & ita per se non obligant ad susceptionem alicuius sacramenti. Idem denique est de quibuscumque aliis beneficiis vel dignitatibus simplicibus, que per se non obligant ad ministerium, quo ad sacramenta susceptiōnē includat. In contrarium vero est, quia in illo textu fine limitatione dicitur huiusmodi excommunicatum eligi non posse. Quod à Doctoribus de electione ad beneficia, & dignitates Ecclesiasticas, simpliciter & fine limitatione intelligitur.

Dabij rego.  
dusio.

Quapropter dicendum videtur, decisionem illam generaliter procedere de electione ad quodcumque Ecclesiasticum beneficium, quantumuis simplex esse videatur aut per se & proxime non obligare ad celebrationem Missæ, aut Sacri ordinis suscep̄tionem: nam satis est, quod ex intentione Ecclesie omnia hęc beneficia ad hunc finem ordinantur: nam hac ratione verum est dicere omnem illum, qui eligitur ad beneficium Ecclesiasticum, eligi ad hunc finem, ut diuina sacramenta suscipiant, ac celebret. Atque ita ratio illius textus potest ad quodlibet Ecclesiasticum beneficium aptari. Vnde, cum alioqui verba eius sint ex se indefinita, & vniuersalia, de omnibus intelligenda erunt. Secus vero erit de electione ad quodlibet aliud munus, quod neq; immediate, neque mediate ad sacramentorum ministerium, vel susceptionem ordinatur, ut in primo puncto huius difficultatis attigimus.

An effectus minoris excommunicationis locum ha-  
beant post Extraugag. Ad uitanda.

Ratio dubii.  
Notandum;

**V**ltimo superest explicandum circa hos effec-  
tus, an locum habeant post Extraugantem,  
etiam hoc breuiter aduertendum est, Et est ratio dubijs, quia hęc excommuni-  
catione raro, aut nunquam fertur per sententiam peculiarem, ut in fratre dicemus, neq; ob illam solam aliquis nominatim denunciatur excommunicatus, sed per eam. Extraugantem effectus censurarum videtur limitati ad eos qui nominatim denunciati sunt: ergo iam non habebunt locum in huiusmodi excommunicato. Circa hoc breviter aduertendum est, per eam nullum favorem concedi ipsi excommunicatis, sed ipso ex parte sua que ligatos manere, ac abstinere debere ab his omnibus, a quibus per censuras priuantur. Quo sit, ut ligatus minori excommunicatione, etiamsi non sit denunciatus, sed omnino occultus, teneatur abstinere ab vsu sacramentorum æque, ac anteas, quo ad alios vero potest esse nonnullum dubium.

No tenetur  
vixare lig-  
ari minori  
excommu-  
nicatione nō

Et primo dicendum est directe, & ex propria Ecclesie prohibitione, nos non teneri ac vitandum huicmodi excommunicatum, prasertim quādo nominatim denunciatus non est, in collatione sacramentorum. Quod in specie notauit Vgolini tab. 3. c.

A 8.n.4. ob dict. Extraugant. Ad uitanda, eius deci-  
fio comprehendit etiam excommunicationem mi-  
norē, cum generaliter loquatur de omnī senten-  
tia & censura Ecclesiastica. Dixi autem, directe, & ex  
propria Ecclesie prohibitione: nam indirecte & ex sup-  
positione talis status perlonge sic excommunicata;  
ex natura rei sequitur grauius peccare illū, qui sa-  
cramentum ei administrat in tali statu, non solum,  
quia participat peccatum illius cooperando illi, sed  
etiam quia præbet sanctum canibus, præbendo sa-  
cramentum illi, quem scit peccare mortaliter susci-  
piendo illud. Si tamen qui administrat sacramen-  
tum, probabiliter credat alium non peccare pro-  
pter occurrentes circumstantias, neq; ipse peccabit,  
quia cessat ratio culpæ, qua illi imputari poterat:  
idemque erit, si morali aliqua necessitate cogatur  
ad ministrandum propter vitandum scandalum, vel  
aliquid simile, iuxta superioris dicta de Excommuni-  
catione maiori.

Sed dubium est, an ex proprio Ecclesie præcep-  
to prohibitus sit ministrare sacramentum huic Dabij rego.  
excommunicato iam denunciato. Quod penderet <sup>tenemus</sup> alio an faciliter Extraugag. Ad uitanda, hoc est de denuncia  
prohibitiū directe, & ex vi ipsius censuræ respe-  
ctu cuiuscumque, nam quod nunc præceptum erat  
respectu omnium, non durat respectu denunciati. Videatur autem nullum dari huiusmodi præceptum:  
qua solū de ipso excommunicato dicitur remo-  
ueri à passiva perceptione sacramentorum, ex quo  
non fit, ut prohibita illa directe alii faciat ne huic sa-  
cramenta ministrent.

Nihilominus tamen oppositum dicendum est, <sup>19</sup>  
quia per se: & ex vi censuræ prohibentur omnes co-  
municare cum excommunicato in re illi prohibita;  
ergo hęc ratio censuræ etiam in excommunicatio-  
nem minorē conuenit, quantum est ex vi iniurii  
rationis eius, & vbi per Ecclesiam limitata nō est. Vn-  
de nunc ex benignitate illius constitutionis, Ad uitanda,  
hęc prohibicio ablata est respectu excommuni-  
candi non denunciati: manet vero respectu denunciati  
nominatim. Addendum vero est, administrati-  
onē sacramenta alteri ligato minori excommuni-  
catione etiam nominatim denunciatio nō incurrere  
re nouam censuram: etiam excommunicatione  
minorē: quia, ut sequenti secat, videbimus, hęc solū  
lata est in eos, qui cūligato majori excommuni-  
catione comunicant: qua ratione dici solet, quod  
excommunicatione non transit in tertiam personam.  
Ut vide licet in Glos. in c. Rogo, & in c. Excellentij. Glos.  
mus, & sumitur ex c. Quoniam malos, 11. q. 3. Et docu-  
rit Gabr. in 4. d. 18. q. 3. art. 2. concl. 9. vbi confusè di-  
cit, communicantem cum excommunicato minori  
excommunicatione: neq; peccare, neq; censuram  
incurrere: nam hoc posterius est verum: illud vero  
prius nō ita vniuersaliter verum est, sed extra casus  
prohibitos, ut dictum est de administratione lacra-  
mentorum, & de electione iam dicam.

Ex dictis enim sequitur esse prohibitum ex vi hu-  
iū censuræ quibuscumque electoribus, ne aliquem <sup>20</sup>  
illa ligatum eligant ad Ecclesiasticas dignitates, vel <sup>ligato</sup> immunit  
beneficia, propter rationem superius factam: pac. excom. ad  
cabit igitur sic eligens, & quidem grauius ex sen-  
tentia omnium, quamvis ob hanc causam nullam  
censuram, aut peccatum ipso iure incurrat, ut supra  
tautum est. Nunc autem hoc maxime locum habet,  
si quis nominatim sic excommunicatus, & denun-  
ciatus sit, quod rarissime contingit, ut dixi. At vero  
respectu eorum, qui nō sunt nominatim declarati,  
videtur quidem cessare hoc peccatum in ipsis eli-  
gencibus: quia illis prohibita non est vía commu-  
nicatio cum tali excommunicato: ergo neque eius  
electio est in illis prohibita: ergo non peccant eli-  
gendo seclusa prohibitione, & aliunde non appareat  
ratio peccandi, quia ibi nulla est participatio in  
peccato alterius.

Nihilomi-

Nihilominus censeo talem electionem irritantem esse, iuxta ea. Si celebratur, quia per Extratu. Ad euitanda, nullus fauor sit ipsi excommunicato: ergo est etiam inhabilis ad passiuam electionem, ac erat antea alioqui magnus fauor illi fuerit. Ergo eius electio etiam irrita est vel infirma. Et ex hoc capite existimo peccare electores, si huiusmodi excommunicatum elegant: quia eligunt personam inhabilem, vel simplificer iuxta opinionem probabilem, vel saltet incapacem electionis omnino firme & quam Ecclesiastam semper habitura sit: ipsi autem, ex natura rei, seu ex officio electorum, tenentur ratam & firmam electionem facere: peccabunt ergo contra sumum munus sic eligendo, in genere quidem grauitate, in particulari vero iuxta materie qualitatem.

Alia dubitatio tractari potest, an ligatus excommunicatione minori suscipiendo ordines, maneat ab illis suspensus. Sed quia res est facilis, dico breviter, illum non manere suspensum, quia talis suspensio in iure non inuenitur: nam cap. *Cum illorum de Sent. excomm.* loquitur de ligatis excommunicatis maiori, & prater illud, nullum est aliud in iure in quo feratur haec suspensio. Atque ita notauit Na- uarr. c. 27. n. 251.

## SECTIO III.

*Quibus modis, & causis incurritur excommunicatione minor.*

**D**icitur haec excommunicatio ferri a iure, & ab homine; primum constat ex vsu, vt infra videbimus: secundum magis ratione, quam vsu probari potest: raro enim ac fere nunquam iudicis Ecclesiastici vtuntur hac censura in sententiis ab homine ferendis. Nihilominus tamen de potestate dubitari non potest, cum quia si potest homo excommunicationem maiorem ferre, cur non etiam minorem, cum eiudem sunt ordinis, & solum differant secundum magis & minus, vel tanquam totum & pars, & in his verum habeat regula iuris. Qui potest id, quod maius, potest etiam id quod est minus: tum etiam quia, si haec censura potest ferri a iure, cur non ab homine: cum ius ipsum ab homine conditum sit. Et ita docent Theologii in 4. dist. 18. specialiter Richardus art. 7. q. 4. Vbi ait interdum etiam reperi in iure excommunicationem ininoperem per sententiam ab homine latam, & citat cap. 1. 5. q. sed ibi non imponitur pena vilius excommunicationis sed flagellationis. In secundo vero capite Gregorius priuat participatione Eucharistie auctorem occultum cuiusdam publici delicti: que priuatio sicut veluti quedam excommunicatio minor: sed de illo restu plura in superioribus diximus. Eadem opilio communis est. Summislarii, & aliorum Doctorum, quos late congerit Vgolinius tab. 3. cap. 1. & videri potest Nauarrus cap. 27. num. 25. Syluester Excommunicatio. D. Antonin. in tract. de Excommunicatione. c. 79. iu. 11. qui citat cap. 2. 5. q. 2. De quo etiam textu supra dictum est, nam in illo non agitur de excommunicatione minori, prout nunc est in viu, sed de aliis modis, quibus olim cogebantur rebelles ad obediendum Ecclesiae.

*Ob que crimina excommunicatione minor a iure incurritur.*

**C**irca vitrumq; autem excommunicationis modum paucis noranda sunt. Et primo de illa, quae iure fertur, inquire potest, propter quae delicta incurritur. Nam Sylvestris supra num. 2. decem causas numerat. Antonin. nouem, Innocent. in c. 1. de Sent. excom. octo numerat: Nauarrus autem vnum tantum Fr. Suarez tom. 5.

tum admittit, & merito, quia reliqui nec sunt in usu, nec in eis interuenit propria excommunicatione minor. Casus ergo certus in quo haec censura incurrit ipso iure, est ob participationem indebitam *Vniuersitatem* excommunicato maiori excommunicatione, *sic certus*. Sumitur ex cap. *Nuper*, de Sentent. excommun. Vbi *huius censurae* non additur particula *minor*, tamen ab omnibus in *sua* telligitur, adiungit in cap. *Statutus*, eod. in 6. & in cap. *Illa quotidiana*, de lege. in 6. vocatur *simplex excommunicationis*, propter simplicem effectum ut ibi notat Abb. Præterea quando per illam communicationem ius vult imponere maiorem excommunicationem, exprimit illam, & si ab homine sit inferenda, determinat formam, ut supra visum est: ergo extra illos casus non incurritur maior, ergo minor, nam aliquam incurri certum est. Denique hac ratione *verum* est quod supra dicebam, excommunicationem maiorem non transire in tertiam personam, quia per communicationem illius non incurritur excommunicatione major, alias etiam illa transiret in communicationem. Sed contra: quia in can. 11. 12. & 13. Apostol. dicitur, communicantem cum excommunicato communione priuandum esse. Et in c. *Excommunicatoris*, cap. *Cum excommunicato*, capit. *Si quis frater*, n. 1. quest. 3. dicitur communicantem cum excommunicato incurse similem, vel communem excommunicationem. Respondeo haec antiquiora iura esse per posteriora explicanda de simili vel communi excommunicatione in ratione quasi generica. Item si sit pertinax fore ligandum maiori, non tamen ipso facto illam incurrire.

Addendum vero est, etiam ad incurrendam in eo casu hanc censuram necessarium esse ut communicatione cum excommunicato sit peccaminosa: nam, cum haec sit pena, non incurritur, nisi ubi praedicit culpa, & ideo in casibus, in quibus secundum ius, aut rectam rationem licitum est communicare cum excommunicato, haec censura non incurrit. Ad hanc vero penam imponendam sufficiens existimata est talis culpa venialis: quod factum videtur, ut ipsa excommunicatione maior magis timetur, & ne facile homines auderent communicare cum excommunicatis. Ne autem hinc etiam seueritas, & maiora in commoda afferret, ideo etiam illa communicatione culpa mortalitatem, non est propter eam generaliter imposita gravior censura. Nec vero mirandum est, quod propter inæquales culpas eadem pena Ecclesiastica imponatur: quia lex generaliter fertur, & ad iudices spectat maiora adhibere remedia, vbi grauiores culpa intercesserint. Præterea hoc intelligendum censeo de peccato veniali ex letitate maledicere, ut quia communicatio parva est, in aliqua salutatione, aut colloquio, aut communione mensa, & vero si peccatum licet veniale ex imperfetta deliberatione, & aduertentia, probabilis mihi videtur, tum non incurri censuram: quia ille non est actus perfecte humerus, & consequenter illa non est inobedientia, neque contumacia proprie dicta, sine qua incurrit censura, seruata proportione ad eius causam, & materialiter.

*Alii casus excluduntur.*

**V**T autem certo constet hunc casum esse unicum, necesse est breuiter per alios, qui numerari solent, discurrere. Primus est sacrilegium ex cap. *Miror*, 17. quest. 4. sed ibi nulla censura ipso iure imponitur, sed solum refertur quedam censura seu pena a D. Aug. lata in quandam ob sacrilegium, ipse autem, nec condidit ius, nec pro tota Ecclesia condere potuit. Alius est notoria fornicatio clericorum ex cap. *Vestra*, de Cohabitatione Cleric. & mulier. Sed ibi solum agitur, de Sacerdote publice concubinario, qui vitandum dicitur in sacro ministerio, & communionis administratione. Que pena, si aliqua censura tunc erat, non pertinebat ad excommunicatio-

4  
Primus.  
Ca. Meritis  
17. q. 4.

Secundus  
Ca. Vestra  
de Cohabitatione  
clericorum &  
mulier.

N n catio-

cationem minorem: quia illa non erat priuatio pas-  
tus susceptionis sacramentorum, sed erat priuatio  
cum aliis communicandi, vel potius aliorum cum  
ipso, in sacrifice, vel administratione sacra-  
menti. Quod potius pertinet ad excommunicatio-  
nem maiorem, vel quandam participationem eius.  
Et præterea illa prohibito, licet antiquo iure in vsu  
fuerit, nunc autem iam cessavit ex vi exraugan-  
tis, Ad exitanda scandala, supra declarata: vt latius  
notauit in 3. Tomo disputatione 18. sect. 1. & disp. 88.  
sect. 6. in fine, & videri potest Couarr. in capit. Alma,  
§. 2. num. 10.

Tertius ca-  
jus.  
Cap. Tanta  
de simon.

Quartu-  
s.  
Ca. Siquis  
16. q. 7.

Quintus ca-  
sus.  
Cap. de  
Torneam.

Sextus.  
Cap. Omnis,  
de Penit. &  
remiss.

VII. Ultimus ca-  
sus.  
Ca. Illud,  
25. dicitur.  
C. Placuit  
23. q. 3.  
Cap. Pro di-  
litione, de  
confess. d. 2

Ad hanc  
censuram  
ferendam  
requiriatur  
iurisdictio.

Tertius casus est simoniae in suscipiendo ordine  
ex cap. Tanta, de Simonia. Verba tamen illius textus  
sunt. Item omnis peccator Miſam cantare potest præter si-  
moniacum: vbi non imponitur excommunicatione  
minor; sed solum separatio ab actu cantandi Miſam,  
qua potius est suspensio quædam ex vi illius  
decreti, & præterea non videtur imponi ipso iure,  
vt subiuncta verba declarant, Quem (scilicet simo-  
niacum) quilibet, vt ab ordine male accepero remoueat,  
accusare potest: ergo per sententiam remouendus est,  
& non ipso iure remouetur.

Quartus casus est, accipere Episcopatum vel Ab-  
batiam de manu laici, ex cap. Si quis deinceps, 16.  
q. 7. verbâ tamen illius sunt: gratiam Beati Petri,  
& introitum Ecclesie interdicimus. Quæ verba signifi-  
cant, vel suspensionem, vt Glossa exponit, vel per-  
sonale interdictum. Quintus casus est de illo, qui in  
torneamento moritur, & propter ea Ecclesiastica  
sepultura priuatitur iuxta capit. 1. de Torneamentis.  
Veruntamen, cum ille non sit priuatus sacramentis,  
vt ibidem dicitur, illa non est vera excommunica-  
tio minor: neq; illius censura propriam rationem  
habet, cum quia non obstante reatu illius poenit, ali-  
quis absolvitur a peccatis: tum etiam quia de illa  
poena nulla ibi promittitur absolutio, etiam si quis  
poenitens moriatur, sed potius illius executio man-  
datur: non est ergo censura, sed quoddam aliud ge-  
nus Ecclesiastica poena. Sextus casus refertur ex ca.  
Omni viru que sexus, de Pœnitentiis & remissioni-  
bus propter non impletum præceptum annuæ con-  
fessionis, sedibi nulla censura imponitur ipso iure,  
vt superiori Tom. dictum est. Denique quilibet ex-  
stens in peccato mortali, præserum publico, dicitur  
esse ligatus hac censura, quia sacramentorum per-  
ceptione priuat, & si in eo statu moriatur, pro eo  
non fuit Ecclesiastica oblationes, vel suffragia c.  
Iud. 97. dicitur. Placuit 23. q. 5. c. Prodilectione, de Con-  
fessione dist. 2. Sed hæc non est censura, nec impe-  
dimentum ab Ecclesia introductum, sed ex natura  
rei consequitur ex statu peccati mortalis. Vnde non  
indiget speciali solutione, sed per absolutionem à  
peccato, cum congruente satisfactione iuxta pecca-  
ti modum, auferatur. Quod si quis moriens ob defec-  
tum ministri absolu non posset, postea non est capa-  
pax aliqui Ecclesiastica absolutionis, sed si pœni-  
tentia signa dedit, pro illo possunt offerri suffragia  
& oblationes: si non dedit, nec capax est suffra-  
giorum.

#### De excommunicatione minori ab homine.

Dileendum superest de excommunicatione mi-  
norib; ab homine lata, de qua fere eadem obser-  
vanda sunt, quæ de maiore ab homine diximus. Nā  
in primis, vt ferri ab aliquo posset, requiritur in eo  
iurisdictio: ex omnium sententia, quia licet non sit  
tam grauis poena, sicut Maior, est tamen poena, & in  
conscientia inducit obligationem. Deinde supra o-  
flendimus ad ferendam censuram necessariam esse  
iurisdictiōnē fori contentiōsi: sed excommunicatiō-  
nē hæc censura quædam est: ergo tandem ad tollen-  
dam hanc censuram requiriur iurisdictio: ergo  
multo magis ad ferendam. Potest autem ferri ab E-  
piscopo, & inferioribus prælatibus habentibus iuris-  
dictiōnē.

A dictionem fori contentiōsi. Ita Antoninus tit. de  
excommunicatione cap. 79, numer. 12. Sylvestris  
Verb. Excommunicatio, 4. num. 2. in fine. Et citant  
cap. Cum ab Ecclesiarum de Officio ordinarij, vbi ab-  
solute de excommunicatione, & interdicti est ser-  
mo. Vnde, quantum ex iure, eiūque interpretibus  
colligi potest, regulariter solus ille minorem ex-  
communicationem ferendi autoritatem habet, qui fer-  
re potest maiorem, quia potestas iurisdictionis in  
foro contentiōsi præsumit ordinaria, & quæ ex of-  
ficio habetur, non est limitata ad hanc censuram  
minorem. Et ideo Parochus, sicut non habet pot-  
estatem ferendi excommunicationem maiorem, i-  
ta, neque minorem, vt recte tradidit Vgolinius tab.  
3. c. 1. §. 1. contra nonnullos Canonistas, qui sine suf-  
ficiente fundamento oppotuisse dixerunt.

Atque hinc fit hanc excommunicationem posse  
ferri ab homine tam per sententiam generalem, quæ  
alterius. Addunt Anton. & Sylvestr. ad hanc censu-  
ram ferendam non requiri contumaciam, & conse-  
quenter nec præsumit monitionem, & posse ferri ad  
definitum tempus ex cap. Tanta, §. 6. dicitur. c. Presenti  
5. q. 2. cap. Audi 11. q. 3. sed hæc sunt vera de excom-  
municatione late sumpta pro priuatione vel suspi-  
cione ab vsu actuo vel paistro cuiuscumque sacra-  
menti: quia nihil est quod repugnet, & iura citata  
fauent, & alia qua supra adduximus, & talis poena  
potest esse proportionata delicto.

Nihilominus tamen, si loquamus proprie de excom-  
municatione, qua habet rationem propriam  
censuram, hæc nunquam fertur, nisi præmissa faltem  
monitione, quæ fit per legem, vel per præceptum la-  
tum sub tali censura, vt constat ex his, quæ supra de-  
censura, in communione diximus, & de excommuni-  
catione minori tute lata, est per se notum. De illa ve-  
ro, quæ ab homine fertur, vix aliquid probari pos-  
tis ex præcepto, quia non est in vsu: tamen ex ratione  
medicinalis poena qualis censura esse debet, quæ no-  
tam ad vindicandum delictum, quam ad compri-  
mendam contumaciam & inducendum ad aliquid  
præcepti obseruationem instaurata est, recte concul-  
dit excommunicationem etiam minorem, quæ  
veram rationem censura habet, monitionem ali-  
quam legis vel præcepti postulare, & consequenter  
non nisi ob aliquam contumaciam ferri debere, &  
simpliciter, & non ad certum tempus. Sic enim de  
hac etiam censura verum est, quod tis aliquis respi-  
git, & Ecclesiæ subiicitur absolutionem petens, il-  
lam obtinere debere, sicut de ablutione à maiori  
dictum est, & à fortiori à maiori ad minorem potest  
summi argumentum, iuxta cap. Ex literis. de Constit. &  
cap. Qua fronte, de Appell. Nam cum excommuni-  
catione priuæ omnium sacramentorum participatione  
etiam pœnitentia, quod necelarium est ad statum  
gratia recuperandum, non est verisimile Ecclesiam  
imponere hanc penam ita præcisæ pro aliquo tem-  
pore, vt non posset & debeat intra illud absolu, li-  
cet maxime dispostus sit. Accedit quod hæc censura  
propter veritatem culpam incurrit, vt constat ex  
dictis; effet autem nimis acerba poena nisi excole-  
nitur, quod facile tolli potest discedendo ab illa  
leui contumacia & perendo absolutionem: ergo  
quoad hæc omnia seruentur cum proportione com-  
unes leges censuræ in superioribus explicata.

#### S E C T I O I I I .

Quis possit à minori excommunicatione absoluere,  
& quomo. o.

Vm dictum sit excommunicationem hanc ab homine & à iure ferri  
posse, aliter censendum est de abso-  
lutione eius, quando uno vel alio  
modo lata est, iuxta principia lupe-  
rius

*Hofiens.*  
2  
*Gabriel.  
Richard.  
Ca. Nuper  
dicitur, ex  
jument.*  
3  
*Abscom.  
muniq.  
potest a iure  
absoluere.*  
*Richard.  
Gabriel.  
Bonavent.  
Sic.  
Angel.  
Sylvest.  
Cass.*  
4  
*les confes  
on fuit  
ip prim  
aliqua  
convenia  
causa.*

Rius postea de censuris in communi. Itaque si ex-  
communicatio est ab homine, solus ipse, qui eam  
tulit, absoluere ab ea potest, vel eius superior, vel  
qui ab ipsis habet potestatem delegatam, vt nota-  
uit Hostiensis in Summa lib. 5, de Excommunicati-  
one, num. 14. §. Et qualiter, Et Gabriel in 4. d. 18. q. 4.  
art. 3, dub. 6. Et Richard. ibi, art. 9. q. 3. Et ratio est,  
quia eiusdem est soluere, cuius fuerit ligare, dices. Hoc  
ipso quod excommunicans non reteruat sibi ab-  
solutionem, videtur alii eam concedere iuxta cap.  
Nuper de Sententia excommunicationis. Responde-  
tur tantum illud procedere in censura lata à iure, de  
qua textus ille loquitur. Quia (vt iuristi aiunt) mi-  
tius agitur cum lege, quam cum homine, nam hoc  
ad seueritatem iudicij, & humanae gubernationis  
necessarium est. Hoc vero intelligitur de hac censu-  
ra lata per sententiam particularē, nam de illa que  
fertur per generālē, probabile est idem esse de illa  
iudicium, quod de lata à iure. Quod supra tradit Ho-  
stiensis, & generālē à nobis supra dictum est: neque  
hic sunt plura necessaria, maxime cum hæc censura  
ab homine non sit in vñs, vt dixi.

At vero de illa que iure lata est, vnum est certum  
sacerdotem proprium, qui potest à peccatis absoluere,  
posse etiam absoluere ab hac censura. Ita habetur  
in C. Nuper, de Sententia excommunicationis. Ex quo multi in-  
ferunt omnem sacerdotem habentem potestatem  
ad absoluendum à peccatis mortalibus habere illam  
ad absoluendum ab hac censura, vt patet ex Rich-  
ard. & Gabriele supra, & Bonavent. d. 18. q. 3. 6. in  
fine, & Soto, dist. 22. q. 3. art. 2. & Summis verbis.  
Absolutio. Sylvest. Angel. Caetan. & aliis, & Syl-  
vest. verbo Excommunicatio 7. num. 37. & Hostiensis  
supra dicit proprium sacerdotem parochiale, vel  
dice sanum, vel eum qui de licentia istorum ele-  
ctus est, posse ita absoluere. Ratio autem videtur es-  
se, quia d. cap. Nuper, concedit hoc proprio sacerdoti-  
ti: licet autem proprius sacerdos in rigore dicatur  
ille, qui ex officio ordinariam iurisdictionem, & cu-  
ram animarum habet, tamē in ordine ad internum  
forum nomine proprij comprehendendi potest omnis  
sacerdos, qui vice proprij constitutus ad absoluendū  
à peccatis mortalibus, argumento cap. Omnis  
vtriusque Iesus, de Penitentiis & remissionibus. Quod  
maxime habet locum in his, quæ conceduntur pro-  
prio sacerdoti in ordine ad absoluendum à pecca-  
tis, cuiusmodi est hæc potestas absoluendi ab hac  
censura: ergo quoties aliqui delegatur potestas ab-  
soluendi à peccatis mortalibus delegata etiam cen-  
setur potestas & iurisdictione absoluendi ab hac cen-  
sura. Quæ omnia à fortiori patent ex dictis supra  
Disput. 7. sect. 2. de censuris in communi, & de ex-  
communicatione.

Querunt autem potest, an clericus habens benefi-  
cium cum animarum cura, & ordinaria iurisdictione,  
non nondum tamē ordinatus sacerdos possit absolu-  
ere ab hac censura. Quod non habet difficultatem  
in habente iurisdictionem Episcopalem: nam ille,  
cum habet iurisdictionem ordinariam in foro con-  
tentioso, potest per se ipsum absoluere ab hac cen-  
sura: quia hæc absolutio non est actus proprius charac-  
teris, seu ordinis sacerdotalis, sed est merus actus  
iurisdictionis, ad quem sufficit prima censura iuxta  
dicta de censuris in communi. In parochiis vero in-  
terioribus est nonnulla difficultas: nam illi non ha-  
bent hanc iurisdictionem ex proprio & peculiari  
munere, sed ex delegatione iuris, vt supra agendo  
de censuris in communi declarauimus. Delegatur  
autem illi hæc potestas, solum ut possint oves suas  
à peccatis absoluere: quia id non possent facere nisi  
prius excommunicationem tollerent, quando personae  
sunt: cum ergo parochius non sacerdos non  
possit per se ipsum à peccatis absoluere, non cen-  
setur illi delegata potestas absoluendi ab hac censura.  
Vnde in d. c. Nuper, expresse dicitur huiusmodi ex-  
Fr. Suarez tom. 5.

A communicatum posse absoluere ab Episcopo, vel pro-  
prio sacerdote: ergo non tatis est quod sit proprius  
parochus, nisi etiam sit proprius sacerdos.

Nihilominus dicendum censeo, huiusmodi pa-  
rochum posse absoluere ab hac censura. Probatur  
nam habet iurisdictionem sufficientem ad hunc a-  
ctus, & utrum absolutio, & aliunde hic actus non requirit  
characterem sacerdotalem: ergo Maior probatur,  
quia ille parochus habet iurisdictionem in foro ani-  
ma ordinariam ex vi munieris, quam delegare po-  
test, quod absolutem à peccatis, quem per se  
dare non potest, sed cum dicta iurisdictione in foro  
anima coniuncta est iurisdictione absoluendi ab hac  
excommunicatione, vt supra ostensum est: ergo ha-  
ber illam prædictus parochus. Cuius etiam argu-  
mentum est, quia quando committit Capellano suo  
vices absoluendi à peccatis, consequenter illi com-  
mittit iurisdictionem absoluendi ab hac censura:  
nam supra generaliter ostensum est, omnem illum,  
qui habet potestatem absoluendi à peccatis mortali-  
bus, habere etiam ad absoluendum ab hac censura.  
Dices, quamus per se & ab intrinseco necessarius  
non sit character sacerdotalis, vt aliquis possit ab-  
soluere a censura, nihilominus Ecclesiam noluisse  
hanc iurisdictionem parochio committere vt per se  
ipsum illa vitatur, nisi sit sacerdos. Veruntamen li-  
cer Ecclesia hoc facere potuerit, sine fundamento  
dicitur id fecisse: nam quod in illo ca. Nuper, proprium  
sacerdotem nominauerit, sufficiente fundamen-  
tum non est, sumptius enim nomen ab eo, quod  
frequenter contingit: non tamen præscriptum ut illa  
conditio sacerdotis necessaria esset ad talem actionem,  
quod oportuisset explicite declarare, si id instituere  
voluisset, cum res noua esset, & valde specialis: sicut  
etiam ibidem nominavit Episcopum, quæ vox ab  
solute sumpta in rigore significat iam consecratum;  
& tamen non propterea dicendum est consecratio-  
nem ad hunc actum requiri. Accidit tandem, quod  
parochus potest absoluere ad hac censura non tan-  
tem in confessione sacramentali, & simul absolu-  
ndo à peccatis, sed etiam extra sacramentum: nam  
ius absolute concedit illam potestatem parochio, &  
non coarctat usum eius ad confessionis sacramen-  
tum: ergo sine causa exigere sacerdotalem ordi-  
nem in parochio ad talem usum. Quocirca, licet  
concedamus hanc potestatem datum esse parochis  
in ordine ad absolutionem à peccatis ut ad finem,  
non tamen est ita concessa, vt vñs eius necessario  
debeat esse coniunctus cum absolutione à peccatis,  
aut cum charactere sacerdotali. Quæ omnia con-  
stat à fortiori ex dictis disput. 7. sect. 2. de Censuris in  
communi, vbi etiam ostendimus simplicem sacer-  
dotem non habentem potestatem ad absoluendum  
à peccatis mortalibus, neque ab hac censura posse  
absoluere.

Tandem de modo concedendi huiusmodi ab-  
solutionem nihil noui addendum occurrit nisi, qua  
de forma absoluendi à censura in communi dixi-  
mus. Solū obseruari oportet, vt vel in verbis ipsis  
vel exadiunctis sufficienter declararet absoluī quæ-  
piam ab hac censura in particulari, & restitui ad  
cōmōnēm & participationēm sacramentorum,  
quibus priuatus erat. Solēmitates vero aliae, hic  
necessariæ non sunt, vt colligitur ex dict. cap. Nu-  
per, vbi dicitur, huiusmodi excommunicatum ab-  
solui posse absque iuratoria cautione. Et notavit  
Sylvestris verbis. Absolutio 3. numer. 5. & ratiō est, quia  
hæc censura in suo ordine leuis censetur & propter  
leuem causam incurri solet, & ideo eius absolutio  
facilis esse debuit, & pluribus cærenoniis, aut one-  
ribus minime grauata. Et quia, prout est in vñs, non  
fertur propter iniurias, vt damnatio alii facta, sed  
propter quandam inobedientiam contra Ecclesiam  
in participatione cum excommunicato, ideo non  
præxigitur alia satisfactio, vel cauio, sed tantum  
fr. Suarez tom. 5.

propositum obediendi Ecclesiae. Si vero acciderit hanc excommunicationem ferri ad resarcendum damnum alteri factum, tunc necessarium erit, eam satisfactionem, vel cautionem exigere, quam ratio iustitiae postulauerit: nihil enim peculiare circa hoc est iure positivo prescriptum.

A bens: quomodo distinguitur, etiam excommunicatio minor à maiori: erit ergo suspensio tanquam quadam excommunicatio minor, non vero propria species censuræ.

### Definitio suspensionis.

In definitione suspensionis tradenda, varie loquuntur Doctores, & Summisti: omisis vero multis, quæ referre inutile esset, breuiter dicendum est, Suspensionem esse, Cen/uran quandam Ecclesiasticam, qua minister Ecclesie impeditur, ne fundatrices Ecclesiasticas exercet, aliquaque Ecclesiastica postulatione viatur. Quæ definitio quod genus conflat ex dictis: & per illud excluditur ab hac consideratione mortale peccatum, quod ab aliquibus suspenso appellatur: quia per illud impeditur sacerdos ne sacram faciat, donec ab illo absolvatur. Sed impropriissima est locutio: quia illud impedimentum nec est poena, nec censura Ecclesiastica, nec est humano iure introductum, sed intrinsece comitans talem culpam. Deinde per illud genus distinguitur haec suspensio in vniuersum & ab irregularitate, & ab omni poena Ecclesiastica quæ censura non est, & specialiter ab omni genere suspensionis, quæ non per modum censura, sed tantum per modum poena imponitur, quod est frequens in iure. Quotiescumque enim suspensio imponitur solum ut delictum puniatur, & non vt à contumacia recedatur, non habet rationem censura, sed solius poenæ, iuxta principia posita de censuris in communi. Quod autem sapienter feratur suspensio in hunc modum, constat ex cap. Tam littera de Testibus, & cap. Cum in cunctis, §. vltim, de Electione in & Clement. prima. §. penultim. de Hæreticis. & Clement. secunda de Poenis. Tractantque Canonistæ his locis; & Innocentius in cap. 1. de Excelsibus prælatorum, numer. 3. & Abbas in capit. Reprehensibili, n. 3. & capit. Sepe, numer. 16. de Appell.

Differetque præcipue inter vitramque rationem suspensionis, quod illa quæ est poena, & non censura; inquit, impunitur ad certum tempus; quæ vero est censura non potest habere terminum præfixum. Prior pars constat ex iuribus citatis, & ex capit. 1. de Sententia excommunicationis in & capit. 2. de Tempore ordinis in & ratione; quia suspensio est poena proportionata culpa: ergo quo maior fuerit culpa, eo diuturnior erit suspensio; & consequenter pro ratione culpa talem habebit præfixum terminum. Item in hoc differet (inter alia) depositione, quod depositio est perpetua, & sine spe restitutions, ut infra dicimus, suspensio autem esse potest ob certum tempus. Unde, cum illa suspensio, quæ est pena, respiciat tantum culpam præteritam, & non reipresentat in futurum, nam in hoc differat a propria censura: non repugnat vt in præfixum terminum feratur. Altera vero pars constat ex superiori dictis de censuris in communi, vbi oftensum est, nullam propriam censuram posse ferri ad præfixum temporis. Et ratio sumitur ex contrario fundamento: nam illa suspensio, quæ est censura, præcipue fertur ad reprimendam contumaciam, & vt homo a censura recedat: ideoque non potest habere alium terminum, nisi, donec recedat ab illa. Unde est alia distinctione, quod suspensio quæ est tantum poena, non requirit præviam monitionem, quia fertur propter culpam præteritam, etiam si non habeat tractum (vitæ autem) successivum: at vero suspensio, quæ est censura, semper requirit monitionem præviam, saltem illam, quæ includitur in illa conditione, si hoc fecerit, vel, Nisi satisficerit, vt supra generatim dictum est. Demum ex eodem principio oritur aliud discrimen, quod, quando suspensio est pura poena, & ad certum tempus ponitur, illo claspō per se cessat, si alia

*Multiplex  
suspensionis  
significatio.*

### DISPUTATIO XXV.

#### De Suspensione quoad essentiam & species eius.

**D** E hac secunda specie censuræ, iuxta consuetam methodum, dicemus prius, quæ ad communem rationem suspensionis spectant, deinde ad singulas iure latas descendemus. Nomen autem *suspensio multiplex* est, latinis enim animi dubiam & incertam eventus expectationem significat: ac deinde corporis suspendium, certumque supplicij genus, quod etiam apud Iurisperitos significat: & præterea dilationem, quæ in usu vel rei expeditione interponitur: sic enim dicitur suspendi sententia, officium, &c. Præter haec vero applicata est haec vox in iure Canonico ad significandam quandam speciem censuræ: nam licet interdum latius sumatur, ut pro interdicto ab ingressu Ecclesiæ cap. 1. de Sententia excommun. in 6. & pro impedimento utendi aliquo temporali munere, Extrauag. vnic. Ioannis XXII. de Sent. excommun. quæ non est poena spiritualis nec propria clericorum, nec censura: nihilominus stricte sumpta significat penitentia spirituale propriam clericorum, ac censuram, de qua hic est sermo. Supponimusque dari hoc genus censuræ & poenæ, esseque ab aliis distinctum, iuxta cap. Quærenti, de verbo significatione & superius dicta de censuræ in communi, quæ in sequentibus clariora sicut: vbi etiam explicabimus quomodo interdum haec poena, licet spiritualis sit, non sit propria censura.

### SECTIO I.

#### Quæ sit propriaratio huius censuræ.

*Ratio dubi-  
tandi.*

**R**atio dubitandi est, quia propriæ differentiarum censurarum non possunt explicari nisi in ordine ad effectus suos: nam, cum censura nihil aliud sit, quam spirituale quoddam vinculum priuans hominem vnu aliquorum bonorum, seu ligans, vel impediens illum in ordine ad aliquos actus, non potest propria eius ratio sine habitudine aliqua ad proprios eius effectus intelligi. At vero suspensio nullus effectus proprios habere videtur, quos excommunicatione, vel interdictum non habent; & ideo difficile est propriam illi differentiam, seu rationem assignare. Nam ad summum poterit distinguiri ab excommunicatione maiori tanquam pars à toto, seu tanquam magis vel minus prohi-